

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn


**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. &
Professor. Ad Exequias Quas ... Iuveni Petro Scharlingio, Tetroviensi
Megapolitano S.S. Theol. Stud. Moestissimus Tutor & Agnati Hodie ... paratas
cupiunt. Omnes Universitatis Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743041X>

Druck Freier  Zugang





50.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743041X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743041X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743041X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743041X/phys_0004)


DFG

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
J. U. D. & Professor
AD EXEQVIA
Quas
Politissimo & Doctissimo Ju
PETROSCHAR-
LINGIO, Tetroviensi Me-
gapolitano S.S. Theol. Stud.



*Mæstissimus Tutor & Agnati
Hodie hora media primâ in templo Nicolaitano paratas
cupiam*
Omnes Universitatis Cives summo-
perè ac seriò invitat.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLIII.



Esterna luce lugubre monumen-
tum devovimus,
Viro Spectatissi-
mo Dn. JOHAN-
NI WILMES Rei-
publ. Rostochiensis Civi primario.
Hodie quoque ad publicum iuctum
exstimulat nos Supremus omnium
rerum Arbitr DEUS, vitam &
mortem pro placito dispensans;
hodie inquam funus nos ducere ju-
bet Politissimo & Doctissimo Juve-
ni D N. PETRO SCHARLINGIO, Te-
troviensi Magapolitano. O miser-

D 2 ra

ra sors vitæ nostræ, O' deploranda
mortaliū conditio, qui parumper
terrenarum rerum consortio con-
viventes, cum morte luctantur quo-
libet momento, & tandem sub ejus
feralem potestatem, præter spem
& opinionem deveniunt. Hunc
scopum amplecti tenetur humana
fragilitas. Hæc est ejus meta certissi-
ma, & neque ad ictum oculi, pro
arbitrio nostro renuenda. si etenim
infans est dolendus homo, tenellis
pedibus & lubricis poplitum inter-
nodiis licet nondum bene solidatis,
ad mortem festinare debet: Si per
plures annos in vitâ quiescit, aut se-
nio ingravescit, humanum cursum
currere ac tandem desinere com-
pellitur; non aliter ac cymbis per
præterfluentem vecti, qui immoti
etiam

etiam moventur. Auxit nuper numerum eorum Juvenis sanè eximus, DN. PETRUS SCHARLINGIUS, Tetroviensis Megapol. Qui Anno 1621 Tetrovii honestissimis parentibus, exordium nativitatis suæ auspiciatus est, ac postmodum per lavacrum regenerationis **CHRISTO JESU** insertus. Patre quidem Viro Reverendo ac Doctissimo DN. PETRO SCHARLINGIO, Ecclesiæ Tetroviensis Pastore vigilantissimo. Matre honestissimâ & castissimâ Matronâ, MARGARETHA HELDEN, Avo paterno Viro honesto JOHANNE SCHARLING, Avo Materno Viro spectato & Integerrimo JOHANNE HELD, Cive hujus Urbis non postremo. Aviâ maternâ MARGARETHA EGGERS, Postquam verò

D 3

ipsius

ipsius Parentes Anno 1629. Mense Februario,
morbo pestifero diem suum obiissent, agna-
torum & Curatorum suasu ac consilio aman-
datus est ad hoc Varniacum sapientiae domi-
ciliū, ad hoc Eruditionis Emporium; &
quidem ad Honestissimum Virum MARTI-
NUM EGGERS Civem hujus Urbis prima-
rium & Centumvirum, Templi Johannitani
Præfectum vigilantissimum. Hic (ejus e-
nī fidei & curæ est concreditus) eum ab ip-
sâ juventute, Viris eruditis, ad informatio-
nem commisit; postquam verò ad eos pro-
gressus devenit, ut alias scholas causâ com-
parandæ doctrinæ visitare valeret, missus est
Anno 1638. ad Lunenburgensem Michaelitanā;
Anno verò 1640. ad Lubecensem; in quibus
tantos profectus fecit, ut à Tutore, agnatis
& fautoribus loco Academicō dignus judica-
tus fuicit. Quocirca 18. Martij anni curren-
tis ab ipsis ad hanc Academiam ablegatus
est, nomenq; suum Magnifico p. t. Rectori
D. N. JOACHIMO SCHNOBELIO J. U. D.
professus; ex quo tempore statim inter-
nasiensit imbecillitates, itâ quotidiè accre-
scentes, ut vires paulatim & indies decreve-
rint, fermeq; ad ultimum vitæ ejus termi-
num

num duraverint. Cum autem præterito die
Saturni, in Templo Nicolaitano, Confessiona-
rio suo Reverendo & Doctissimo Viro Dn, M.
JOHANNI STEINIO Pastori ejusdem Ec-
clesiæ celeberrimo peccata sua confessus es-
set, postero autem die Solis in publico etiam
loco sacrâ cænâ usus fuisset, devoto pectore
domi, audientibus ipsius agnatis, D E O suo
ingentes gratias retulit, quod tām diu eum
incolumem servasset, dignumq; Sacro cor-
poris CHristi pabulo judicasset. Cum verò e-
jusdem diei tempore vespertino, post octa-
vam vespertinam, lectione sacrâ & piis pre-
cibus peractis lectum petiisset, cordis anxie-
tas, fluxusq; sanguinis, quo aliquot dies labo-
raverat, præter omnem spem ita increbue-
runt, ut electo surgens, vestesq; suas induens,
hospitem & hospitam, simulq; Studiosum
quendam in ipsis ædibus etiam degentem
vocaverit, majorem in modum ab illis pe-
tens, ut alios vicinos accenserent, sibiq; si pos-
sent, suppetias præberent. Sed cum omnia fru-
stra tentari animadverteret noster SCHAR-
LINGIUS, ultimumq; vitæ terminum ap-
propinquasse sentiret, mensæ suæ assidens
Creatori suo animam devotè commendavit,
in

in hæc verba prorumpens. Commendo Do-
mine animam meam in manus tuas, redemi-
sti me, Domine, DEUS veritatis. Et sic placi-
dè ex hac vitâ caducâ ad cœlestem Patriam
commigravit. A Vobis jam Cives Academiæ
sedulò peto, Vosq; amanter invito, ut cor-
pus hujus defuncti studiosi, diversorum
quondam literatissimæ animæ, dormitorio,
in Templo Nicolaitano, recondendum, ho-
norificâ præsentia, magnoque numero, co-
mitemini. Exhibitæ eximium. hoc & extre-
mum favoris documentum Juveni optimæ
indolis, ac commilitoni vestro dilectissimo.
Obscurant Vos afflictissimi agnati cum Tu-
tore mœstissimo. Imperat Vobis charitas
Christianæ. Monet vos misera omnium no-
strum conditio, monet eadem sors, quam &
nos ipsi cum illo sumus experturi. P.P.
Universitatis die 6. Septembris.

A. D. 1643.

Conventus fiet horâ media primâ in
templo Nicolaitano.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743041X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743041X/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743041X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743041X/phys_0015)

DFG

num duraverint. Cum autem
Saturni, in Templo Nicolaitano
ratio suo Reverendo & Doctissimo
JOHANNI STEINIO Pastor
eclæsiæ celeberrimo peccata fu-
set, postero autem die Solis in
loco sacrâ cænâ usus fuisset, d-
omi, audientibus ipsius agna-
ingentes gratias retulit, quo
in columem servasset, dignum
poris Christi pabulo judicasse
jusdem diei tempore vesperti-
vam vespertinam, lectione sac-
cibus peractis lectum petiisset
tas, fluxusq; sanguinis, quo ali-
raverat, præter omnem spem
runt, ut electo surgens, vestes
hospitem & hospitam, simul
quendam in ipsis ædibus etia-
vocaverit, majorem in mod-
tens, ut alios vicinos accersere
sent, suppetias præberent. Sed
stra tentari animadverteret n-
LINGIUS, ultimumq; vitæ
propinquasse sentiret, mens
Creatori suo animam devotè



the scale towards document

to die
ona-
n, M.
n Ec-
us es-
tiam
tore
suo
eum
cor-
rò e-
cta-
pre-
xie-
abo-
bue-
iens,
um-
rem-
s pe-
pos-
a fru-
AR-
ap-
dens
avit,
in